

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

2.

Iosephi historiographi viri clarissimi prologus
in libros antiquitatum viginti incipit feliciter,



Historia scribere
disponentibus
non unam nec
eandem video
eiusdem studij
causam sed multas
existere. et ab
alterutro plu-
rimum differere.

Nam quidam
eorum sui honoris pandere volentes ornatum
et ex hoc gloriæ aucupantes. ad partem huius
discipline accedunt. alij vero illis gratiam referunt
de quibus ipsam descriptionem esse contigerit. in
ope eodem ultra virtutem coacti sunt laborare.
Quidam autem ipsa rebus necessitate vim passi sunt
ut ea quibus interfuerunt cum agerent. scriptore
declaratiōe colligerent. Multos autem magnitudo
rebus utilium in occulto iacentium inuitavit. ut
historiam ex his ad utilitatem deberet transferre eodem.
Nam itaque quas predicti causarum. due nouissime
michi etiam perueniunt. Bellum namque quod inter
romanos et nos iudeos fuit. et qui actus eius. quique
finis accesserit. exprimito ipse cognoscens. narra-
re coactus sum. propter eos qui veritatem in ipsa conscriptione
corrumpunt. Presens autem opus assumpsi. credens
etiam dignum studium grecis omnibus apparere aliis
aperiri. Continebit itaque omnem antiquitatem nostram
et diuersitatis ordinem ex hebraicis litteris interpreta-
tum. Dudum siquidem cum bella describere proposueram
declarare. que fuerint in initio iudei. et quibus sint
vni fortunis. et per que legumque sint eruditi hoc
quod ad pietatem aliamque virtutis continentiam noscitur
attingere. et quomodo longis pugnantibus. in-
uirti nouissime venerint ad certamina romanorum
Sed quomodo ingens erat operis eius ordo. et valde
plexus in ipso libro diuidens disponensque principia
atque finem conscriptionis ipsam abbreviatam ceptavi.
Tempore namque precedente huiusmodi illud quod solet
accidere grandia cogitantibus. michi quod segnicies
tarditasque successit tantam arripendi materiam. in
vsum extranee lingue. et a nostra consuetudine
peregrine. Erant autem qui me historie desiderio pro
rebus talibus inuitarent. et precipue horum omnium epa-
frositus. vir qui vniuersas quidem diligeret disci-
plinas. maxime autem rebus gestarum cognoscere gauderet
vtrique cum et ipse magnis rebus. et multimodis

caulis interfuisset. et in omnibus mirabilem naturam
fortitudinem. et immutabilem voluntatem sue
virtutis ostenderet. Huic enim viro semper obediens
qui utiliter et bene agentium copator existeret.
ne videret desideria potius quam optio labore gau-
dere. ad hoc me peritus armatus. illud quod super ea
que iam dicta sunt non transitorie cogitas. quia per
hec et de nostra prospera aliquid tradere nostris. volui.
et de grecis si quis eorum scire que nostra sunt voluerit.
Comperi siquidem quod ptolomeus secundus rex
maxime circa disciplinam et librorum collectio studium
habes. in nostra precipue lege opus sue largitatis
ostendit. et constituta eius festinavit greca voce
transferri. Pontifex vero noster eleazarus. nulli virtute
secus. non inuidit. ut predictum regem hac utilitate
peruaret. cui omnino forsitan restitisset. nisi patrie
nostrae congrueret. ut nichil bonorum eius remaneret
occultum. Ideoque michi seque ipse diuenire putavi
ut magnanimitatem quidem pontificis imitarem. et
ut regie largitati similiter responderem ab eis qui
doctrinae amatores esse noscunt. Neque enim ille
omnem descriptionem a translatoribus accepit. quoniam
ea tantummodo que leguntur sunt. huius que ad explanationem
michi fuerat alexandria tradiderunt. cum sint alia
innumera que per sacras litteras indicant. utpote
quorum milium annorum historia in istis exposita. et
diuersae quidem in his continentie sunt. multe vero
ciuitatum fortune. et fortia facta ducunt. et muta-
bilitates conuersationum. quod totum ex ipsa historia
precipue poterit quilibet agnoscere si eam voluerit
lectitare. in qua etiam reperit. quod eis qui voluntatem
peripiam non sequuntur. et ea que bene sancita sunt trans-
cendere non presumunt. omnia ad terminum fidei
tendentia prospere pagunt. et honoris felicitas
prebetur a deo. quoniam vero recesserint aliqui ab huius
diligentia veritate. fiunt eis omnia sub inopia. que
videbantur in habundantia constituta. et in cala-
mitate importabilem eis vertit. quicquid quasi
bonum agere festinabant. Nam itaque eos qui lecturi
sunt hos libros exoro. ut voluntatem suam deo
submittant. et legumque nostram perhibent. si naturam
eius digne considerauit. et semper decentes actus
virtutis eius exposuit. pura ratione de illo custo-
diens ab omni que refertur ab alijs scripturae fabularum
licet ex longitudine temporis. et etate vetustiore
potuisset multa signum fallacium habere licentiam.
Fuit enim annos duo milia. In qua longitudine
seculi. neque ipsorum deorum generationes poete. nisi forte
bonum actus aut leges dicere presumpserunt. inte-
gritate videlicet eorum que a me descripta sunt. precedes

Ptolomeus